

cessario coniunctum est peccatum. Quod si Deus sic voluit, imò & facit, sicut precedentia docuerunt, quod etiam vult peccatum. Iam quocumque sententiam & Iohannes Scotus super 1. Sententiarum distinct. 41. recte videtur de hominis peccato scriptis. Oppositum autem huius multipliciter suadet: Si Deus vult peccatum, Deus est autor peccati. *Augustinus* 83. Quæst. 3. sic dicente, Deo autore cum dicitur, nullo volente dicitur. Et tunc Deo autore fieret homo deterior, contra Augustinum supra, eodem tamen arguente. Nullo homine sapiente autore, si homo deterior; est autem Deus omni homine sapienter præstantior, multo minus igitur autore Deo non sit homo deterior. Et infra Quæst. 21. probat, quod Deus non est autor mali, quia non est causa deficiendi, nec tendendi ad non esse quod sit peccando, cum ipse sit summum bonum & causa essendi. Item si Deus vellet peccatum, cum per deum voluntas sua non possit esse non efficiat, ipse esset alia causa peccati, & cum in omni causatione ipsius cum creatura, ipse sit causa prima, ut videtur, sequeretur, quod Deus esset prima causa peccati, contra Augustinum 3. De libero arbitrio 28. disputatione inuestigantem primam causam peccati, & sic finaliter concludentem. Aut igitur voluntas est prima causa peccandi, aut nullum peccatum est causa peccandi, nec est causa peccandi imputetur peccatum nisi peccanti? Non est ergo cui recte imputetur nisi volenti. Et infra 35. Peccata, ut iam diu differimus, non nisi propriæ voluntati animarum tribuenda sunt, nec vlla vitiorum peccatorum causa querenda est. Item si Deus vult peccatum, & per se voluntas sua est efficiens, Deus facit peccatum, & qui facit peccatum seruus est peccati, Iob. 8. Deus ergo est seruus peccati & peccat. Item Augustinus de Confutatione hæreticorum 16. falsa capitula sibi imponentium, responsione 5. dicit, Quod à Deo profertur non est peccatum, nec cuiusquam peccati autor est, sed natura Creatoris ferre in qualibet responsione, sicut expresse, quod nullus ex Dei voluntate cadit in peccatum, nec prædestinauit aliquos ad peccandum. Item tunc posset quilibet licite gaudere de peccato proprio, & similiter alieno quocumque. Scit enim quod Deus vult illud. Item tunc omnis male volens habet rectitudinem voluntatis, hæc enim est velle si cut Deus vult eum velle; ut patet per Anselmum de libero arbitrio 8. & de concordia 5. & quilibet ralis vult sicut Deus vult eum velle. Item tunc quilibet faciens hanc partem deberet, vel saltem licite posset velle peccare, quia illa est voluntas Dei iusta, cui cognita debet homo quantum potest, se licite conformare. Quare & sic faciens non peccat, simul ergo peccaret & etiam non peccaret. Vnde & Augustinus 3. de libero arbitrio 28. Si hoc debet quicquid quod accipit, & sic homo factus est vt necessario peccet, hoc debet vt peccet. Cum ergo peccat, quod debet, facit; quod si scelus est dicere, neminem natura sua cogit vt peccet, sed nec aliena. Et infra 28. loquens de prima causa male voluntatis, sic ait, Quocumque illa causa est voluntatis, aut iusta profecto est, aut iniusta, si iusta, quisquis ei obtemperauerit, non peccabit. Et Anselmus De veritate duo decimo. Quicquid debet esse recte & iuste est, nec aliquid recte & iuste est nisi quod debet esse. Item nullus iuste est accusator, aut vitiorum peccati, cuius est autor; sed Deus iuste est accusator & vitiorum peccati. Item Psalmo quinquagesimo. Non Deus volens iniquitatem tuam; & 44. dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem; & Parabol. 6. Sex sunt, quæ odit Deus, & septimum detestatur animatus &c. Et Abacuc 1. Domine, in vultu oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Et Iob. 1. Si in ipso factum est nihil, id est, peccatum, secundum Augustinum, hominibus. Imò & istam sententiam tota Scriptura Canonica, & omnes sancti, & doctores videntur profiteri, concociter, & vniuersimter sustinere.

Hæc igitur que videtur discordia, si per distinctionem de voluntate præmissam, scilicet proximo, reducantur ad medium, forsitan concordatur. Deus enim nequaquam simpliciter vult peccatum, sed secundum quid tantummodo, ut est dictum. Deum namque velle simpliciter aliquid facti, vt sonat in communimodo loquendi, est diligere, illud approbare tanquam bonum & finaliter premiare, & quia Scriptura & Sancti sic loquuntur, adag. Deum illi approbare. Vultus enim intelligit sic & non aliter, ideoque illud non est, quod tu coram eis, quia illud nimis abhorrent, & bene, secundum intellectum que habent. Tanti enim intelligunt Deum velle secundum primum iacobrum distinctionis præmissæ. Vnde dicit Hugo 1. de Sacram. 4. part. 13. Cum dicitur, Deus vult bonum, bene sonat, si verò dicitur Deus vult malum, græc est ad istum, & non recipit hoc pia mens de bono, quia vult malum. Videtur enim hoc solum dici cum dicitur, Deus vult malum, quia bonum malum diligit, & approbat quod, prout est, & amicam sibi reputat iniquitatem, & gaudet de consensu & bonum curat quod malum est, & ideo illud refutat hoc pia mens, non quia quod dicitur non bene dicitur, sed quia quod dicitur non bene intelligitur. An non etiam dici posset, quod in toto vniuerso non est inordinatio, deformitas aut peccatum simpliciter, sed secundum quid tantum, non simpliciter, quia non in respectu cause primæ & summe, omnia positiua & priuatiua, entia & non entia cum summa sapientia, pulchritudine,

|| iustitiam est
Augustinus
Anselmus
Augustinus
Anselmus
Psal. 5. & 44.
Parabol. 6.
Abacuc.
Iohan. 1.
Augustinus
Hugo
|| refugit

A chritudine, & iustitia finaliter disponentis, sicut præmissa decimo tertio huius, 140. & 330. suaserant. Nonne & 33. huius offendit, quod nullus actus est iniustus simpliciter, imò quod omnis actus est iustus respectu voluntatis diuine, licet aliquis sit iniustus respectu voluntatis creature, & voluntate diuina, (quantum ad ipsam actum licet non possit simpliciter) delectans. Docetque vicissimum sextum huius, quod omnis actus secundum substantiam ipsam actus, non est malus, sed bonus, & factus à Deo, quod & nonum huius confirmat. Quilibet ergo actus respectu Dei auctoris est iustus, quare & omne necessario consequens actum quemcumque; si enim antecedens est iustum, & quodlibet ipsum necessario consequens iustum erit, sicut & verum. Et aliquis talis actus, & aliquid ipsum necessario consequens iustum erit, sicut & ergo quod non sit aliqua inordinatio, deformitas, aut peccatum simpliciter in toto vniuerso, sed secundum quid tantummodo, respectu videlicet inferiorum causarum, ordinationem superioris cause volentium, licet non volentium perturbare. Quare & quantum in eis est, ipsam violant & perturbant, sicut ex vicessimo sexto, & proximo huius patet. Quapropter & per se non improbabilius estimari, quod Deus saltem secundum quid vult peccatum, licet non simpliciter, quia non secundum seipsum, sicut tricesimum tertium hoc verbum simpliciter exponebat. Non enim vult peccatum nisi forsitan sicut Medicus in medicamentibus suis, vult tudinem vniuersi per anipristina contemplandam, & ad similia superius recitata. Quare & Ammonius superius recitatus dicit, quod Diu habent cognitionem omnium, etiam contingentium, vult omnia, quæ in mundo producentes, nedum substantias, sed & operationes earum, eas que secundum naturam, & eas que præter naturam. Et addit, Quod quidem præter naturam simul inruit cum necessario ordine subiecto decurrente eorum, in his que natura sunt hoc patere, non principaliter, sed secundum modum qui dicitur, paripoliteos, scilicet, secus existentie. Algeat etiam quinto Metaphysicorum vii. agens de potentia Dei, & malo, sic ait; Bonum prout est per se, malum vero prout est accidentale. Vnumquodque igitur ordinatum est, & hæc est similiter sententia Avicenne. Nonne & Scriptura & Ecclesia sic loquitur, sæpe dicens; Deum nolle mortem peccatorum aut impij, nec in hominum perditione lætari. An non Dominus ipse dicit; Nunquid voluntas mea est mors impij; Eze. 18. An non & Sap. 1. sic scribitur; Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vitiorum, quibus & occurrunt multa similia in Scriptura. Annon & ecclesia Ecclesia sæpe canit? Sed quomodo debent ista sanè intelligi? certum est enim quod Dominus damnabit impios, maledictos, & filios perditionis, ad mortem & perditionem æternam; & hoc volendo non volitione noua sed æterna, nec volitione tristi sibi, sed læta, quoniam dicitur, sicut 39. pars corollarij primi huius, 9. huius, & 23. cum tertia parte corollarij primi huius, Scriptura Canonica, & fides Ecclesiæ clare docent. Annon & Scriptura testatur, quod fames & mors ad vindictam creata sunt, Ecclesiast. 39. Annon & Deuteronom. 28. Moses ita dicit; Quod si audire volueris vocem Domini tui, & venient super te omnes maledictiones istæ, &c. Et sicut ante lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens, sic lætabitur disperdens vos atque subvertens. Annon & Sapientia Dei dicit rebellibus; Ego in interitum vestro ridebo; Parabol. 1. nec mirum: Lætabitur enim Dominus in omnibus operibus suis, Psal. 103. Et quomodo ista contrarietas, ut videtur, ad concordiam reducatur, aut nulla esse monstrabitur, nisi suffragio distinctionis præmissæ? Quare & Augustinus 3. contra Iulianum 15. Hæc, inquit Iuliano, asserueris esse contraria; quæ si fieri non possit, vt vnum atque idem malum, & Diaboli iniquitate, & Dei æquitate peccantibus ingeratur; neque tu ac sibi ipsa diuina aduersantur eloquia, quia scriptum est; Deus mortem non fecit; itemque scriptum est; Vita & mors à Domino, quia deceptor hominis causa mortis est Diaboli, quam non vt primus autor eius, sed vt peccati vltor intulit Deus. Huic quocumque modo loquendi de velle, & nolle concordant nonnulla Philosophica, & Theologica proximo huius scripta. Secundum distinctionem igitur huius prælibatæ, currit, ut videtur, nec obuiam iam obiecta. Illud nempe Augustini, Deo autore non sit homo deterior; videtur posse intelligi modo dicto, videlicet Deo autore principaliter, id est, principaliter hoc volente. Et si cuiuspiam hoc non placet, dicat mihi quomodo, Deo autore, facit homo omnem actum peccati, secundum substantiam totam actus, sicut tertium huius, & 226. 27. & sequentia manifestant? & quomodo istud Deo conueniat, & non illud? & si Deo autore homo hæc facit; quomodo Deo autore non sit homo deterior? & certe per hoc vnum potest ad omnia bene obiecta quodammodo respondere. Verum est tamè & aliter, & veraciter dici posse, quod videlicet, Deus non est autor peccati, sicut recte facti, huius enim sic est autor, quod ipse solus, super naturaliter creat, & dat recte facti fide, spem, & charitatem, & forsità alios habitus ad meritum inclinantes, & omne meritum facientes, non

vult
Ammonius
Ecclesiast. 18
Sapient. 1.
Ecclesiast. 39.
Deut. 28.
Parabol. 1.
Psal. 103.
Augustinus

non sic autem ex parte peccati. Ut tamen intentio Augustini et aliorum Sanctorum magis
 apparent, advertendus est modus eorum loquendi & intelligendi, cum negant Deum velle
 peccatum, & causam negationis huius esse ostendenda. Causa autem huius negationis videtur ista,
 quia Apostolus, & Augustinus, & alij Sancti poluerunt praedestinationem, praescientiam, &
 similia ex parte Dei, voluerunt Pelagianis, & alij haeretici excoriare peccantes a suis peccatis,
 & retorquere causam & culpam in Deum, qui sic praedestinavit vel praesciuit. Volunt igitur
 Sancti dicere, quod Deus per suam praedestinationem, praescientiam vel aliquid huius-
 modi non cogit eos contra voluntatem suam ad peccandum, sed quod ipsi peccant libere &
 propria voluntate, & quod Deus praedestinando, praesciendo, seu volendo peccata non pec-
 cat, nec facit inimicis, nec est prima causa imputabilis, seu culpabilis peccatorum, sed quod
 propria causa imputabilis & culpabilis est propria voluntas peccantis. Vnde Anselmus de
 Concordia 5. dicit, Conqueruntur multi quia putant ad salutem vel ad damnationem nihil
 valere liberum arbitrium, sed solam necessitatem propter Dei praescientiam. Et infra 7. Qui-
 dam clamant, dicentes, Sic praescitum & praedestinatum erat a Deo, & ideo necessitate factum
 est, nec aliter fieri poterit, quos & redarguit consequenter. Et infra vlt. dicit, quod sola culpa
 hominis mala sunt, quae operatur, non culpa Dei. Quae & Augustinus 3. de libero arbitrio 4.
 & in sententijs Prosperi 381. Deus, inquit, neminem ad peccandum cogens, praedicit tam-
 en eos qui propria voluntate peccabunt. Cur ergo non iudicet iustus, quae fieri non cogit
 praescit? Sicut enim memoria tua non cogis facta esse, quae praeciterit, sic Deus praescien-
 tia sua non cogit facienda quae futura sunt. Et sicut tu quaedam, quae fecisti, meministi, nec tam-
 en quae meministi omnia fecisti: Ita Deus omnia quorum auctor est, praescit, nec tamen om-
 nium, quae praescit, ipse auctor est, quorum autem non est maior auctor, iustus est vltor. Ecce
 quod negat Deum praescitum peccatorum cogere ad peccandum; & quod prius dixit simpliciter,
 quod Deus non omittit, quae praescit, quia non malorum est auctor, statim determinat & ex-
 ponit, Quorum, inquit, non est malus auctor; & subdit, Iustus est vltor: sique Deum a
 peccato excusat, & peccatorem accusat. Item Apostolus ad Rom. 9. tractans de praedesti-
 natione Iacob, & reprobatione Esau, non ex operibus, sed secundum electionem Dei vocan-
 tis; Quid ergo dicemus, nunquid iniquitas apud Deum? Absit: Et supra 3. Quid siquidem
 illorum non crederent, nunquid incredulitas illorum fidem Dei evacuavit? Est autem Deus
 verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, ut iustificeris in sermonibus tuis; &
 vincas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus?
 nunquid iniquus est Deus, qui infert iram? Absit: Si enim veritas Dei in meo mendacio abun-
 davit in gloriam ipsius, quid adhuc ego tanquam peccator, iudicor? Vbi remouet a Deo
 iniquitatem, infidelitatem, & iniustitiam; vbi Glossa recitat quosdam carnaliter sapientes,
 qui ex illo dicto prophético, Peccavi, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris,
 arguebat, quod Deus voluit nos peccare, ut comparatione nostrae iustitiae appareret, & dum di-
 mitteret nobis peccata, misericors; & quod peccata nostra illi proficiunt atque profunt; &
 quanto amplius peccamus, tanto magis ei placet, & amplius iustitia & sanctitas eius crescit.
 Vbi & dicit Ambrosius sicut recitat ibi Glossa, Manifestum est, quod si ad gloriam Dei pro-
 ficat mendacium hominum, vtille solus verus appareat, peccatores non sunt dicendi, qui pec-
 cant, quia non voluntate, sed impulsu eius videbuntur peccare, quod absit; & est sensus, Si
 Deus meo mendacio id est peccato, verax appareat, quare me iudicat, tanquam peccatorem?
 Item Augustinus Enchirid. 78. Cum, inquit, respondisset Apostolus, Absit, id est, Absit ut
 sit iniquitas apud Deum; mox ut probaret, nulla hoc Dei iniquitate fieri dicit: Mox enim
 ait, Miserebor cui miserus ero, & misericordiam praestabo cui misericors fuero. Idem de praedest-
 natione contra Pelagianos 9. sic ait, Qui absque praedestinationis gratia suat, id est, ali-
 em a proposito Dei, & perdurant in operibus malis: si etiam ex hac migraverint vita, ut vos-
 putatis, non eos dicimus ita a Deo hominum opifice ordinatos, ut perirent, tanquam ipsi il-
 lis mores mala vitae creauerit, ipse ad omne opus moris inuitos praecipitauerit. Absit hoc a
 divino proposito: Non enim volens iniquitatem est Deus, nec mandavit cuiquam impie agere.
 Ecce intellectus & glossa autoritatum talium in scriptura. Et infra vlt. Quoniam hic illigide
 vtiq; pars dicere nihil valeamus, credamus tantum rei moris est iudicis voluntate pendere,
 ne quisquam putaret, diuino vitio fieri, non omnes saluari, dixit Apost. Qui vult omnes saluos
 fieri. Quapropter omnes homines qui saluantur, Deo volente saluantur: Deus enim, noster,
 Deus saluos facienti, & Domini, exitus mortis, & quia ira in furore eius, & vita in volun-
 tate eius. Et de praedestinatione Sanctorum 12. Praedestinatione, quippe Deus ea praesci-
 uit, quae fuerat ipse facturus. Praescit autem, quae non facit, sicut autem quae peccata, quia
 est sint quaedam, quae peccata sunt: & poenae peccatorum, vnde dictum est, Tradidit illos
 Deus

Anselmus

Augustinus

Apostolus

Glossa

Ambrosius

Augustinus

Lucide

E

A Deus in reprobam mentem peccantem, quae non conueniunt, non ibi peccatum Dei est, sed
 iudicium. Et 5. contra Iulianum 5. loquens de Achab decepta per falsos prophetas, sic dicit,
 Rex ipse peccauit, falsis credendo propitiis: At haec ipse erat & poena peccati, Deo iudi-
 cante & mittente Angelum malum; ut apertius intelligeremus, quomodo in Psalmo dictus sit
 misisse iram indignationis suae per Angelos malos. Sed nunquid errando: nunquid iniuste
 quicquam, vel temere iudicando, siue faciendo? Absit: Sed non frustra illud dictum est, Iu-
 dicia tua, sicut multa abyssus, & o altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei &c. Idem 1.
 Retraet. 21. dicit, Dixi, nullius mortem Deus quaerit, quod sic accipiendum est, quia homo ac-
 quisit sibi mortem, deserens Deum, vel non recurrens ad Deum secundum quod scriptum
 est, Deus mortem non fecit. Ecce, secundum quod, id est, non secundum illud, seu illum mo-
 dum qui peccatum importat, est mors a Deo, secundum quod, vel quod est ab homine; &
 addit, Sed etiam illud non minus verum est, vita & mors a Domino Deo est. Et infra 26. Ne
 male intelligatur quod dixi, Deus mali auctor non est, quia omnium quae sunt, auctor est, quia
 in quantum sunt omnia; in tantum bona sunt, & ne hinc putetur non ab illo esse poenam ma-
 lorum, quae vique malum est his qui patiuntur, sed hoc ita dixi, quae ad modum dictum est,
 Deus mortem non fecit, cum alibi scriptum sit, Mors & vita a Domino Deo est. Malum est qui-
 dem malum, sed in bonis operibus Dei, quoniam iustum est, ut mali puniantur, & vique bon-
 em alit omne quod iustum est. Item Greg. 25. Moral. 15. super illud Iob 34. Regnare tacit hy-
 pocritam, &c. quod ergo tunc Antichristus super impios regnabit, non est ex iniusta iudi-
 cantis, sed ex culpa patientis. Et infra, Qui malum rectorum patitur, culpam propriam magis ac-
 cuset operis, quam iniustitiam gubernantis. Lombardus quoque tales acronitates intelligit mo-
 do dicto, pro quo 1. sent. dist. 38. adducit Augustinum super Iohannem dicentem, Deus futu-
 rorum praescius per Prophetam praedixit infidelitatem Iudaeorum, sed non fecit: Non enim ideo
 quenquam ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata praenouit; Illorum enim pec-
 cata praesciuit, non sua. Idemque de gratia & libero arbitrio, contra excusantes peccantes, & ac-
 culantes Deum, sic dicit, Sunt homines, qui etiam de ipso Deo se excusare conantur, quibus
 dicit Iacobus Apostolus, Nemo, cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur; Deus enim in-
 ceptator malorum est. Item de ipsis se excusare volentibus respondet liber Proverb. Salomo-
 nis, Insuperbia viri violat viam eius, Deum autem causatur in corde suo: Et liber Ecclesiastici
 dicit, Ne dixeris, quia peccatum Deum creasti; ne dixeris, quia ipse me induxit. Et infra 5. Ne
 mo causetur Deum in corde suo, sed sibi imputet quicquid cura peccat, neque cum aliquo seum
 operatur, alienet hoc a propria voluntate. Et si quis arguat, quod ad excusationem esset dicendum,
 quod Deus non vult, nec facit merita nostra bona, quia neminem cogit inuitē mereri; Dicen-
 dum: quod merita aliter tribuuntur Deo quam peccata; scilicet propter habitus a solo Deo
 creatos, & nobis infulos ad merita excitantes, & merita omnia facientes; & quia Deus in me-
 rito cuiuscumque est 1^a causa imputabilis & laudabilis, propter illud & meritum diuinitus & appro-
 bar, & praemium ei parat; non sic ex parte peccati. Vnde Ansel. de concordia 6. Facit, inquit,
 Deus in omnibus voluntatibus, & operibus bonis; & quod essentialiter sunt, & quod bona sunt;
 In malis vero non quod mala sunt, sed tantum quod per effectum suum. Quomodo autem Deus
 bona faciat sola sua voluntate, & mala sola culpa hominis, vel diaboli; & qualiter homo bona
 faciat, per liberum arbitrium praestante gratia, & malum sola sua operante propria voluntate;
 & quid habeat Deus in malis sine culpa sua, & homo in bonis cum laude sua, vti tamen bona
 hominis videantur aperte imputanda Deo, & mala homini, cum de gratia & libero arbitrio
 tractabimus, ut patet, Deo donante apertius patebit. Similiter intelligendum est quod dicit
 Scriptura Sacra, & Doctores saepissime, scilicet poenam esse a Deo, non culpam: Poena e-
 nim est a Deo tantum sine homine cogente, non sic culpa; & poena similiter est a Deo, puni-
 niente, imo prima & principalis causa puniente; sed culpa vel peccatum non sic est a Deo;
 tanquam a prima causa culpabilis vel peccante. Et si adhuc dicitur quod semper male sapit
 multis dicere, Deum qualitercumque velle peccatum, pro certo verum est, & hoc forsitan
 fecerunt Hugonem vbi prius, non quia quod dicitur, non bene dicitur, sed quia quod
 bene dicitur, non bene intelligitur. Vt namque acciperent talis sapientia; sapienter
 intelligerent (sapidam sanō gustui veritatem, scientiamque nullum esse in mundo, quod
 non est propter aliquod magnum bonum, & forsitan propter aliquod maius bonum. Cur
 ergo subtraheretur a mundo, & a Deo totius mundi auctore, iste modus beneficiendi; seu
 benefactionis minus & magnus; Imo miraculosus videtur; & maius faceret bona ex ma-
 lis, quam ex bonis, aut faceret bona sola. Et proculdubio ita male sapit multis, si dicitur
 Deum velle, & facere actum incestus patris cum filia, filij cum matre, profecti contumeliam
 cum professa, patricidij, seditionis, blasphemiae, & ceterorum horum, & tam-
 en

112

quod, quom

Gregorius

Lombardus, Anselmus

idem

Proverb. Ecclesiasti

Esa. 26.
|| Causas
Amos.
Apostolus.

Iohan. 7.

* à Deo

Augustinus.

|| Domino

tam Sancti; quam Philosophi ita dicunt, sicut præhabita manifestant: Omne enim in actu in actu præparat semen & mouet, & in actu in actu ferunt, nisi Deus? Et quomodo docunquæ sonet, sic loquuntur Sancti Dei, uno Spiritus Dei qui loquitur in eis, sicut erat superius recitatum. Et Esaiæ 26. Domine, omnia opera nostra operans es in nobis. Et infra 45. Ego Dominus formans lucem & creans tenebras, faciens pacem & creans malum; Et Amos 3. Si enim malum in Ciuitate quod Dominus non fecit? Dicitque Apostolus 2. ad Corinth. 5. quod Christum pro nobis peccatum fecit Deus, quod non paucorum simplicium auribus secundum superficiem literæ iudicantium multum horribiliter insonaret; Ideoq; Iudex noster iustissimus sic prohibuit, & aliter docuit iudicare. Nolite inquit, iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate Ioh. 7. Per hæc patet ad obiecta, quæ arguunt de autorizatione peccatoris à Deo, & quomodo Deus non sit prima causa peccati, quia non est prima causa imputabilis ad culpam, & de tali loquitur ibi planè autoritas Augustini, & sumitur fortassis modus ille loquendi ex illo Psalmi 31. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. Ad aliud quod arguit, quod Deus facit peccatum, redarguendum similiter de actuali peccatis: Respondendum tamen per distinctionem penes secundum modum amphiboliz. Potest enim illa sumi proprie vel transmutiue, & secundum vsualem modum loquendi, & sicut dicit Philosophus 1. Elench. quædò soliti sumus sic dicere. Primo modo non est vera, quia peccatum proprie nihil est, nec esse potest per 26. huius quare nec est factibile à quocunquæ. Quapropter & sicut idem 26. recitat ab Augustino, Peccatum sic non habet aliquam causam efficientem, sed tantum deficientem. Transumptiue potest adhuc intelligi dupliciter; Primo, sicut est vsitabilior modus loquendi, secundum quod dicimus, quod facere peccatum est peccare, & qui facit peccatum peccat; sic loquitur Euangilista, & sic Deus non facit peccatum; Secundo quod Deus facit aliquè actum positiuum in creatura rationali, ex quo consequitur, vel cum quo coniungitur peccatum illius creature, non Dei, & sic Deus facit peccatum. Ipse enim omnia opera nostra facit, sicut superius est ostensum. Ad aliud Aug. de confut. hæret. responderet similiter instantiue per actum positiuum peccati, alia tamen responsio patet ex processu ibi & alibi, sicut iam fuerat allegatum: Cum enim dicit peccatum non esse à Deo & similia, intelligit modo dicto, scilicet quod peccatum non est à Deo cogente, seu impellente quæquam inuitè, & ita quod reddat hominem excusatum, & Deum accusatum. Vnde responsione 16. ita dicit, Non perseveraturi; cum à pietate, deficient, non ex Dei opere, sed ex sua voluntate deficient. Ecce non ex Dei opere, secundum quod voluntatem eorum excludat, aut ei contrarietur, sed aduersariue, & contrariè ex sua voluntate deficient. Et sequitur, Nec impelluntur, ut cadant, nec eiiciuntur, ut deserant. Ecce per hoc negat coactionem aut violentiam à Deo inferri, talibus ad peccandum, item supra, ponitur hæc obiectio vnde circa contra eum, quod quando incestant patres filias, & filij matres, ideo fiat, quia Deus ita prædesinavit ut fieret. Respondet Augustinus, Si Diabolo obijceretur, quod talium facinorum ipse autor, ipse esset inceptor, puto quod aliqua ratione exonerare se Deo hæc posset inuidia, & alium scelorum paratorem, de ipsorum voluntate vinceret, quia & si delectatus est furere peccantium, præbaret tamen se non intulisse vim criminum. Quare ergo insipientia, quæ dementia definitur ad Dei esse referendum consilium, quod nec Diabolo in totum ascribi potest? Ecce quod ad intellectum Augustini, Diabolus etiam non est autor peccati humani, ita quod homo per illum se posset totaliter excusare, quia non inferri vim criminum, nec peccatum Diabolo potest ascribi in totum, quia homo consentit, & cooperatur libere & propria voluntate. Aliud quod quilibet posset licite gaudere, procedit similiter de essentia actus mali, & nihilominus non procedit. Ponatur enim quod Deus velit te tristi & non gaudere, & facias hoc scienter, ergo debes de hoc gaudere; quomodo, sequitur? Et sicut forsitan bonus filius & gratus non debet gaudere de morte patris sui temporali vel æterna, quamvis sciat illam sibi à Deo infligi, sicut nec forte beata Maria, neque Discipuli de occisione Christi gaudebant, sed magis dolebant, sicut & ceteri Christiani de uocione Christi gaudebant, scientes nihilominus nihil circa Christum casualiter aut fortuito contigisse, sed totum ex voluntate diuina & providentia disponente. Et si adhuc forsitan replices, Si Deus vult peccatum, debes tu aut potes similiter licite illud velle, quare & similiter gaudere de illo, dicente Scriptura, Desiderium si compleatur, delectat animam, Parabol. 13. Potest secundum Anselmi, Augustini, & aliorum Patrum sententiam responderi, quod rectitudo voluntatis non semper est quenquam velle quod Deus vult, sed quod Deus vult eum velle cum circumstantiis requisitis, quapropter & similiter de gaudere. Vel forsitan posset dici quod peccatum in quantum est poena, & à Deo, est illius tamen quodam modo, sicut ex præmissis hic & tricesimo secundo huius apparer, & sic

